

Franckesche Stiftungen zu Halle

**Joh. Henrici Hottingeri Henr. ex Henr. Nep. S. Theologiæ &
Antiquitat. Jud. Acad. Marburg. Prof. Ord. Typus Doctrinæ
Christianæ In Usum Institutionis ...**

Hottinger, Johann Heinrich

Francofurti ad Moenum, Anno MDCCXIV.

VD18 12542598

Caput VII. De Angelis.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-216057



CAPUT VII.

De ANGELIS.

Σύνοψις.

Inter creaturas, quæ
diverse naturæ,
referendi quoque
sunt Angeli. §. I.
Qui spiritus separa-
tim à corpore exi-
stentes. §. II.
Varia in Sacris nomi-
na habent. §. III.
Ex quibus eorum exi-
stentia probatur. §.
IV.
Et ex ratione existen-
di possibilitas. §. V.
Speciatim spectra dari
variè adstruitur.
Relationes tamen
plures falsas esse ul-
tiò conceditur. §.
VI.
Angeli, quos dari di-
ximus, in tempore

voluntate Dei exi-
stere inceperunt. §.
VII.
Quò verò creationis
dic, certò non li-
quet. §. VIII.
Natura eorum spiri-
tualis est. §. IX.
Adeòque pollent intel-
lectu, voluntate,
potentia, agilitate,
incorruptibilitate,
§. X.
Et quod intellectum
attinet, ille per exi-
mius. §. XI.
Qui illis inest, naturà,
experientià, reve-
latione. §. XII.
Quò seipsos, Creato-
rem, & alia creatura
nòrunt. §. XIII.

In.

Intellectus tan-
titus non est
Non solum in
telligunt, s
gnata aliis
re possunt.
Habent quod
luntatem.
Eoque liber
tamen a
tem. §. X
Præterea po
§. XVIII.
Insuper agili
XIX.
Tandem incor
tatem. §.
Dicta hæc
bus Angel
ritibus c
sunt. Inter
dam boni,
§. XXI.
Boni in re
primigeni
runt, &
Sacris au
XXII.
Nam leges
prescript

Intellectus tamen insi-
nitus non est. §. XIV.

Non solum singuli in-
telligunt, sed & co-
gitata aliis notifica-
re possunt. §. XV.

Habent quoque vo-
luntatem. §. XVI.
Eamque liberam, at-
tamen dependen-
tem. §. XVII.

Præterea potentiam.
§. XVIII.

Insuper agilitatem. §.
XIX.

Tandem incorruptibi-
tatem. §. XX.

Dicta hætenus omni-
bus Angelis ceu spi-
ritibus communia
sunt. Inter illos qui-
dam boni, alii mali.
§. XXI.

Boni in rectitudine
primigenia perstite-
runt, & variè in
Sacris audiunt. §.
XXII.

Nam leges ab initio
prescriptas constā-

ter observarunt,
postea gratiā Dei,
in bono confirmati
sunt. §. XXIII.

Unde intellectus eo-
rum sapientissimus,
voluntas immuta-
biliter sancta, po-
tentia excellentis-
sima. §. XXIV.

Ministerium eorum
nobilissimum. §.
XXV.

Circa Deum. §. XXVI,
Circa creaturas quas-
vis, electos maximè.
§. XXVII.

Tutelares Angelos ex
quorundam mente
in Sacris non repe-
rimus. §. XXVIII.

Ordo quoq; excellen-
tissimus rectè credi-
tur. §. XXIX.

Non tamen nimis sub-
tiliter, Scripturā
tacente, in classes,
ordines dividitur,
subdividitur. §.
XXX.

H 3 Nu.

*Numerus eorum innu-
merus. §. XXXI.*

*Locus ordinarius cœ-
lum. §. XXXII.*

*In terra tamen quo-
que visi. §. XXXIII.*

*Sub varia, maxime
humana, forma. §.
XXXIV.*

*Per consequens in cor-
pore ad tempus as-
sumto. §. XXXV.*

*Hæc, quæ de bonis An-
gelis diximus, do-
cent, cultum qui-
dem religiosum iis
non deberi sed ta-
men reverentiam,
amorem. §. XXXVI.*

*Hæc de bonis. Mali pro-
pria culpa à recti-
tudine defecerunt.
§. XXXVII.*

*Primitus enim omnes
boni creati sunt.
§. XXXVIII.*

*Causa est peccatum
gravissimum. XXXIX.*

Quod impuritas car-

*nalis esse haud po-
tuit. §. XL.*

*Credibiliter superbia
cum invidia con-
iuncta fuit. §. XLI.*

*Uti verò peccatum
gravissimum, ita
quoque poena gra-
vissima. §. XLII.*

Quippe æterna. XLIII.

*Intellectus, voluntas,
potentia ideo dam-
num passa sunt.
§. XLIV.*

*Intellectus enim tene-
bricosus. §. XLV.*

*Voluntas ad bona a-
versa. §. XLVI.*

*Potentia quidem illis
residua est magna.
§. XLVII.*

*Attamen limitibus
circumscripta. §.
XLVIII.*

*Quam exercent in
impios ejus jugum
lubenter subeuntes.
§. XLIX.*

*Imò pii quoque vim
ma-*

malorum
non sentiunt
Speciatim
Magna. §. I.
Qualis utique
§. LII.
Licet ad a
dam eam
prudentia
§. LIII.

Quæ De
tore
manque tan
insuper sensu
formam, &
alia merè ra
sunt.

II. Ad h
rum classem
Spiritus, ac
tentia, agili
à Deo in rec
exequendo
mondes bre
telligentias
III. Scr
ritus, Hebr

malorum spirituum sentiunt. §. L.
Speciatim exercent in
Magia. §. LI.
Qualis utique datur.
§. LII.
Licet ad dignoscen-
dum eam magnâ
prudentiâ opus sit.
§. LIII.

Malorum spirituum
magnus quoque nu-
merus & ordo. §.
LIV.
Qui aliquando sub
assumpto corpore ap-
paruerunt. LV.
Usus doctrinæ de An-
gelis bonis & malis.
LVI.



§. I.

QUæ Deus creavit, diversæ admodum na-
 turæ sunt. Quædam materiam for-
 mamque tantum habent, non sensum: Alia
 insuper sensum. Rursum alia præter materiam,
 formam, & sensum, etiam rationem. Tandem
 alia merè rationalia, absque mole corporea
 sunt.

II. Ad hanc ceu perfectissimam creatura-
 rum classem pertinent ANGELI, qui sunt
Spiritus, adeoque intellectu, voluntate, po-
 tentia, agilitate, incorruptibilitate præditi,
 à Deo in rectitudine creati, ut jussus divinos
 exequendo gloriæ Creatoris inserviant. Mai-
 monides breviter describit שכלים נברלים in-
 telligencias separatas.

III. Scriptura illos vocat Ν. πνεύματα, spi-
 ritus, Hebr. I, 14. מלאכים ἀγγέλαι, legatos,
 quo

quo nomine etiam veniunt alii legati Dei, Job. IV, 18. Matth. XXVI, 53. א. *Exercitum caelestem*, Luc. II, 13. כרובים *Cherubim*, Gen. III, 24. שרפים *Seraphim* quasi ignitos, Esa. VI, 2. בני אלהים *filios Dei*. Job. cap. XXXVIII, 7. Varia hæc nomina nos docent Angelorum naturam spirituales, sanctam, potentem, eorum ferorem pro gloria Dei, ministerium quoque optime dispositum, denique locum, sicuti ex accurata pensatione elucet.

IV. *Quum verò tot nominibus insigniti in Sacris legantur, inde quàm clarissimè constat Angelos ex testimonio Scripture dari.* Hinc quoque apparitionum Angelicarum ante diluvium, post diluvium, sub lege, ævo Moysis, Davidis, Elisæi, Esajæ &c. sub Evangelio, Christo nato, vivo, moribundo, excitato, ascendente, frequens mentio. Memorantur etiam intellectus, voluntas, gaudium, sermones eorum cum variis habiti, actiones personales, eaque vi humanâ majores, Exod. XII, 29. præmium, pœna, quæ utique existentiam eorum solidè demonstrant, nam intelligere, velle, gaudere, loqui, agere, præmio, pœnâ affici, non est nisi eorum, qui existunt. David, qui Angelorum custodiam haud semel expertus est, eos inter creaturas primò ponit, atque ad laudandum Deum invitat, Ps. CXLVIII, 2. CIII, 20. Tandem & hoc notandum, quod dicamur futuri

10ay-

angelorum
rum utique vi
qui pro Divini
negaverint, A
sic cogitamus,
potest sensum
indubium vo

V. Ratio
mentis non a
sentiam den

hilem agno/c
nihil impossi
conjugenda

post mortem
quare non a

Hinc plures e
creaturas de

hi ex traditi
rint, nam Ge

Edomitarum
Michanitarum

derunt, de ill
in extraordin

dis tenacissim
VI. Præp

pectra, quæ
jus seculi ho
let, visa & a
eduta. (c) C
nibus attr. b

ἰσάγγελοι *Angelis æquales*, Matth. XXII, 30. Mirum utique videri posset, quomodo Sadducæi, qui pro Divinitate V. Testamenti stant, Angelos, negaverint, Act. XXIII, 8. Sed mirari desinimus, si cogitamus, exstitisse semper, qui clarum Scripturæ sensum detorquendo testatissima quæque in dubium vocarunt.

V. *Ratio quidem ex proprio penu, argumentis non aliunde sumtis, Angelorum existentiam demonstrare nequit, attamen possibilem agnoscit.* (1.) Deo enim omnipotenti nihil impossibile. (2.) Et si Deus spiritus ad conjungendum cum corporibus, quique etiam post mortem seorsim existunt, creare potis, quare non alios à corporibus immunes. (3.) Hinc plures ex gentium Philosophis ejusmodi creaturas de facto existere docuerunt, quamvis hi ex traditionibus quoque edocti esse poterint, nam Gentium conditores veluti Arabum, Edomitarum, Moabitarum, Ammonitarum, Midianitarum, Ægyptiorum, ipsi Angelos viderunt, de illis audiverunt, & hinc ad posteros in extraordinariis Majorum eventibus retinendis tenacissimos propagarunt.

VI. *Præprimis verò tenendum, (a) φάσματα Spectra, quæ frequentiora sunt, quo Deus hujus seculi hominum mentes magis excacare valet, visa & audita. (b) Oracula in rebus dubiis edita. (c) Opera, quæ neque Deo neque hominibus attribui queunt, facta fuisse. Unde mediam*

diam ejusmodi inter Deum & homines naturam ratio colligit. Facile quidem concedimus solertiam & dolum hominum, Sacerdotum maximè, sapenumero meticulosos imposuisse, ut multâ prudentiâ in veris à fictis discernendis opus sit: Attamen ideò spectra, oracula, opera dæmoniaca prorsus neganda non videntur. Neque enim hæc, permittente Deo, impossibilia. Phasmata cum Judæis credebant Apostoli. Matth. XIV, 26. Luc. XXIV, 37. Neque à Christo aliter informabantur. Refertur quoque Act. XVI, 16. *ancilla habens πνεῦμα πύθωνα*, *μαντευομένη*, spiritum Pythonicum vaticinans, Præterea in historia Evangelica plures à Dæmonibus obsessi unâ cum operationibus, quæ neque divinæ neque humanæ sunt, traduntur.

VII. Angeli, quorum hætenus existentiam docuimus, *in tempore voluntate Dei existere inceperunt*. Nam (1.) æternitas solius Dei. Dein (2.) dicuntur *filius Dei* Job. XXXVIII, 7. etiam jure creationis. Insuper (3.) ob Pl. CXLVIII, 2. ubi Angeli ad laudem Jehovah cum reliquis creaturis invitantur, addita hac ratione *quoniam ipse præcipit & creata sunt*, v. 5. Præterea (4.) serviunt Deo & mandata ejus exequuntur, non facturi, si à seipsis & non à Deo. Verum quidem, Moſen creationem Angelorum disertè non tradere, sed nec constituit horum historiam nobis relinquere, sed hominum

num, Ecclesiæ
agt, quando
mones creato
de constat an
solum Deum,
lus testatur o
quidem opara
mationes, f
da fuisse, C
VIII. Q
nceperint, n
men primo, q
ert, Gen. I, 1
quando fun
XXXVIII, 7.
Angelos ante
sestauerunt.
IX. NAT
RITUALI
de πύθων
tur, oppositè
conjunctam,
XXIV, 39. J
modo etiam.
(2.) Corpus
habet, & alia
At multi tu
Marc. V, 9.
tes, volentes

numa

num, Ecclesiæ maximè. Implicitè id ipsum agit, quando c. II, 1. *exercitus cœli* & quidem *omnes* creatos ait, conf. Luc. II, 13. Et aliunde constat ante mundum nullam creaturam, solum Deum, fuisse, Pl. XC, 2. Denique Paulus testatur *omnia*, speciatim *que in cœlis*, & quidem *abstrata invisibilia*, sive thronos, sive dominationes, sive potestates per Christum condita fuisse, Coloss. I, 16. 17.

VIII. *Quo verò creationis die existere inceperint, non certo liquet.* Probabile tamen primo, quo ipsorum domicilium paratum erat, Gen. I, 1. Et quoniam jam clauxerunt, quando fundamenta mundi jacta sunt, Job. XXXVIII, 7. cf. v. 4. Ex veteribus plurimi Angelos ante mundum hunc aspectabilem fuisse statuerunt.

IX. NATURA Angelorum videtur SPIRITUALIS, ab omni materia immunis, unde *כח* *intelligentia abstracta* Rabbiniis dicitur, oppositè ad *intelligentiam cum corpore conjunctam*, qualis homo. (1.) Hinc dicuntur *רוחות* *πνεύματα*, quæ carnem non habent, Luc. XXIV, 39. Jes. XXXI. 3. Hebr. XII, 9. quomodo etiam Deus & animæ nostræ appellantur. (2.) Corpus tenue licet, dimensionem aliquam habet, & alia corpora solida penetrare nequit. At multi unius hominis corpus inhabitant, Marc. V, 9. (3.) Angeli intelligentes, sapientes. volentes describuntur. At intellectus &c.

in corpus extensum non cadit. At, ais, in corporibus apparuerunt? Apparuerunt quidem, sed non sequitur ex natura sua corporeos esse, nisi simul dicere velis hominum, bestiarum, &c. corpora habere, edere, vivere &c.

X. Quando verò Angeli spiritualis naturæ sunt, & hujus proprietates sint intellectus, voluntas, potentia, agilitas, incorruptibilitas, sequitur, Angelos quoque intellectu, voluntate, potentia, agilitate, incorruptibilitate instructos esse.

XI. Et quod *primo* INTELLECTUM attinet, pereximius ille Angelis est, 2. Sam. XIV, 20. *Dominus meus sapiens est*, כחכמת מלאך, *inftar sapientie Angeli Dei*. Sensus & facultas imaginativa nostro subinde impo-
nunt, non item Angelico.

XII. *Naturâ* Angelis inest, nam spiritus sine intellectu est ut corpus sine extensione. Hinc mox post creationem ad laudem Creatoris clauxerunt, Job. XXXVIII, 7. Is tamen, qui naturâ, augetur *experimentis*, ut nunc quæ prius ignorarunt & scire cupiverunt, ex post facto intelligant, qualia sunt, quæ Deus ad tempus sibi soli reservavit, Eph. III, 9. 10. 1. Pet. I, 12. Augetur quoque *revelationibus* eum in finem illis factis, ut nomine Dei Myste-
ria hominibus annuntient, Luc. I, 26.

XIII. *Norunt primo seipsos*, se creaturas intelligentes esse, dependere à Creatore, ipsi obe-

cientiam del-
perfectiones
vunt illi. Te-
nes, teu ad
Hebr. I, 14. L.
XXXVIII, 7.
XIV. Exi-
stet nos fram-
est, ut pote qu-
re diem judi-
dantes Dei.
mon, 1. Reg.
ta, Eia. XLI,
XV. Quæ
tem indicare
civitatem ing-
navit Deus, 1
alteri cogitat-
ribus unum
quod præsup-
ceptus notific-
rum clamare
non habent,
quit. Quia
id vocatur li-
quæ excellent-
ponitur. Mo-
notitia Angel-
revelata in iuga-
XVI. Secu-

dientiam debere. *Secundo Creatorem*, ejus perfectiones, utpote coram illo stant, & serviunt illi. *Tertio alias res creatas*, uti homines, ceu ad quos mittuntur, maximè electos, Hebr. I, 14. Luc. XV, 10. Terram, Job. cap. XXXVIII, 7. aliaque.

XIV. *Eximia licet hæc Angelorum notitia sit & nostram longè superet, infinita tamen non est*, utpote quæ solius Dei. Hinc dicuntur ignorare diem judicii. Marc. XIII, 32. Nec profunditates Dei. 1. Cor. II, 10. Nec corda hominum, 1. Reg. VIII, 39. Nec futura contingentia, Esa. XLI, 22. norunt.

XV. *Quæ cognoscunt Angeli, ea sibi invicem indicare possunt*. Quoniam enim una civitatem ingentem constituunt, utique ordinavit Deus, ut unus alterum intelligere, unus alteri cogitata sua communicare queat. Pluribus unum idemque agendum committitur, quod præsupponit facultatem sibi invicem conceptus notificandi. Sic Esa. VI, 3. *unus ad alterum* clamare dicitur. Quoniam verò corpora non habent, ope linguæ communicatio fieri nequit. Quia autem ἀνάλογον linguæ in Angelis, id vocatur *lingua Angelorum*, 1. Cor. XIII, 1. quæ excellentissima, quâ res clarissimè alteri proponitur. Modum verò communicationis ut & notitiæ Angelicæ malumus ignorare quàm ἐμβρα-
τεῦν αὐτὴν μὴ ἐκράκαμεν, memores nos homines esse.

XVI. *Secundo: Intellectus individuus comes*

VOLUNTAS est, quod tum ex natura intellectûs, tum omnibus mentibus, divinâ, humanâ patet. Quare etiam Angeli voluntate pollent & hinc iis leges datæ sunt & tales actiones attribuuntur, quæ ad voluntatem referri debent. Affectus, qui de voluntate Angelica prædicantur, πνευματοορεπῆς, intelligendi, tantumquam puri voluntatis motus sed vehementes.

XVII. Hæc Angelorum *voluntas libera*, quidem, siue eò se determinat, quod optimum sibi videtur, sed tamen *dependens*, quippe omnis creatura à Creatore dependet.

XVIII. *Tertio*: Voluntatem excipit **POTENTIA**, quippe Spiritus volendo valet, Creatore sic ordinante. Et quo creatura nobilior, eò potentia ejus major, unde spiritui potentia oppositè ad carnem tribuitur, Esa. XXXI, 3. Eph. VI, 12. & vocantur, גבורי כוח, *potentes robore*, Pl. CIII, 20. ἄγγελοι δυνάμεις, 2. Thess. I, 7. *Exercitus cælestis*, Luc. II, 13. Potentiam probant opera verè stupenda in aere, hominibus, horum corporibus, mentibus facta. Job I, 16. 19. Act. XII, 23. 1. Sam. XVI, 14. Magna licet, finita tamen potentia est, non assurgens ad opera verè divina, creationem, miracula patrandæ, aut id agendum, quod Deus non concessit.

XIX. *Quarto*: **AGILITAS** maximè propria spirituali naturæ, ceu cui nullum corpus resistit. Elucet quoque ex ingentibus factis brevis-

fimo

fimo tempor
a. Reg. XIX.
geli alati sifu
acomparan
XX. Qui

TAS notan
sunt, ex parti
quant, non
struere nec v
poller subtra
his, sed ut
Angelorum
pouitur Luc
ri possunt in
les sunt.

XXI. Ha
ximus, omni
dicenda vel
nent. Prin
ter bonos
Dei bona &
habere debe
felicitem.
perfliterunt
reliquerunt
XXII. I
qui in prin
severant, D
mundi, Ecc
serviunt.

sumo tempore Angelorum ministerio peractis,
2. Reg. XIX, 35. Ad quam indicandum An-
geli alati sistuntur Esa. VI, 2. & vento, flammis
acomparantur.

XX. *Quinto*: Deniq; **INCORRUPTIBILI-
TAS** notanda est. (1.) Quoniam enim spiritus
sunt, ex partibus componentibus, quæ solvi
queant, non constant. (2.) Angelus seipsum de-
struere nec vult, nec valet alius. Deus quidem
posset subtrahendo virtutem quâ solâ is subsi-
stet, sed ut iustus, bonus non vult. (3.) Hinc
Angelorum immortalitas nostræ exemplum
ponitur Luc. XX, 36. *neque enim amplius mo-
ri possunt* ἵσα ἡ δόξα τοῦ Θεοῦ Angelis quippe *equa-
les sunt*.

XXI. Hac, quæ de natura Angelorum di-
ximus, omnibus in genere conveniunt. Sed
dicenda vel ad bonos vel malos in specie perti-
nent. Primitus quidem nullum discrimen in-
ter bonos & malos, quippe omnis creatura
Dei *bona* & eam perfectionem habet, quam
habere debet ad laudem Creatoris & propriam
felicitatem. At postea nonnulli in veritate non
perstiterunt, principium & domicilium suum
reliquerunt: Alii verò perstiterunt.

XXII. Hi communiter dicuntur **BONI**,
*qui in primigenia rectitudine constanter per-
severant, Deo in præconio laudum & ministerio
mundi, Ecclesiæ præprimis, in summa felicitate
serviunt.* Hi in sacris in oppositione ad malos
dicun-

dicuntur *ἐκλεκτοὶ electi*, 1. Tim. V, 21. Matth. XXV, 41. etiam *sancti*, Matth. XXV, 31. qui *Angeli lucis* 2. Cor. XI, 14. Præterea *Angeli Jehovæ*, Ps. CIII, 20. Denique *Angeli cælorum*, Matth. XXIV, 36. Ultimò *servi Dei & conservi* Apostolorum Ps. CIV, 4. Apoc. XIX, 10.

XXIII. Hi *ἀρχὴν principium*, in quo creati sunt (quod à Christo dicitur *ἀλήθεια veritas*, Joh. VIII, 44.) & *domicilium*, quod cælum, retinerunt, quippe quidam tantum principium & domicilium primum reliquisse dicuntur, Jud. v. 6. Ab initio Creator Angelis quoque leges ad obedientiam explorandum dedit, quidam autem ex iis observarunt & etiamnum observant Matth. VI, 10. Et quoniam tanto tempore debitum obsequium Deo præstiterunt, gratia divina in bono confirmati sunt. Qui hinc *electi* dicuntur, 1. Tim. V, 21. in exemplum nobis sistuntur, Matth. VI, 10. & cum horum statu noster immutabilis & gloriosissimus comparatur, Luc. XX, 36.

XXIV. Angeli itaque in bono confirmati pollent intellectu sapientissimo, purissimo, qui tanto tempore in multis veritatibus tum propria meditatione tum variis experimentis & revelationibus incrementum sumpsit sumitque. Voluntas eorum in sanctitate immutabilis unitæ Deo glorificando intenta. Potentia iis est ex-

cel-

cellentissima
pat, de quib
XXV. Qu
nobilissima
RIUM nobi
Regum, *stan*
nem ejus, M
phrales de M
J. 8. Verfat
ca Deum ipi
tens.

XXVI. C
CILVIII, 2.
Apoc. V, 11
bus, si quod
dum, Luc.
iussa divina
Ps. CIII, 20.
modo homi
Speciatim h
ejus divinitas
habent cui
nem in *re*
quando ter
surrexit & ad
versurus ad
XXVII.
ti grandiner
matas ted ra
matas ration

cellentissima, ad maxima quæque peragendum par, de quibus supra in genere plura.

XXV. Quemadmodum dotes, quas habent, nobilissimæ sunt, ita & eorum MINISTERIUM nobilissimum, quippe *Ministri* Regis Regum, *stant in conspectu ejus, vident faciem ejus*, Matth. XVIII, 10. Luc. I, 19. quæ phrasæ de Ministris Regum usurpantur. 1. Reg. X, 8. Versatur autem Ministerium eorum circa Deum ipsum, vel ex ejus jussu circa creaturas.

XXVI. *Circa Deum*: Laudant eum Psal. CXLVIII, 2. in cælis ordinariè & semper, Apoc. V, 11. 12. extraordinariè coram hominibus, si quod insigne beneficium his annuntiant, Luc. II, 13. 14. Expectant quoque jussa divina eaque promptissimè exequuntur, Ps. CIII, 20. Comitantur Deum, si se illustriori modo hominibus conspicuum facit, Jes. VI, 2. Speciatim hunc honorem Jesu Christo (unde ejus divinitas clarè elucet, Hebr. cap. I. v. 6.) habent cui serviverunt ante incarnationem in *νομοθεσία*, in incarnatione & postea, quando tentatus, passus est, quando resurrexit & ascendit in cælum, & servient, si reversurus ad judicium.

XXVII. *Circa Creaturas* inanimatas veluti grandinem, arbores &c. Apoc. VIII, 7. animatas sed ratione destitutas, Exod. XII, 29. animatas ratione præditas, quæ vel homines mali

eos arguendo Num. XXII, 31. puniendo Gen. XIX. Exod. XII, 29. Act. XII, 23. separando à fidelibus & ad cruciatus suos mittendo, Matth. XIII, 41. vel boni, quorum maximè gratià mittuntur, Hebr. I, vers. ult. Sicuti in sacris plurima exempla prostant. Hos Angeli de voluntate divina instruunt Gen. XVIII. tum maximè quando, quid iis agendum sit vix sciunt, Matth. I. & II. Solatio, gaudio afficiunt, Matth. XXVIII, 5. Sollicitè in via periculosa custodiunt, Ps. XCI, 11-12. De malis pramonent, Gen. XIX. & ex iis liberant, Ps. XXXIV, 8. Castigant quoque ob delictum vel minus Luc. I, 20. vel majus 2. Sam. XXIV, 15. 16. Tandem eos ad cœlestia gaudia transferunt, Luc. XVI, 22.

XXVIII. Hæc sunt, quæ ex Sacris (ex quibus unicè in hac sublimi Materia sapiendum nobis est) de Ministerio Angelorum circa creaturas cum certitudine affirmari possunt. *Dari vero Angelos tutelares, qui, vel toti mundo, vel Ecclesiæ, vel certis Regnis & Provinciis, vel singulis hominibus destinati sunt, in iis haud reperimus.* Cuncta, quæ agunt, liberè ab ordinatione divina dependent & hæc variat. Jam unus ad plures vel protegendum, vel puniendum mittitur, Ps. XXXIV, 8. Exod. XII, 29. vel plures propter unum, Ps. XCI, 11. aut paucos, 2. Reg. VI, 17. mittuntur. Unus idemque mittitur ad plures, eodem etiam tempore, viventes Dan. IX, 21. Luc. I, 19. 26. Quæ alii de

de officiis An-
tum aut Jud-
quam Sacris.
XXIX. Mi-
clenis, præ-
quippe fun-
donate erunt.
4. commemo-
pora refert,
Tum, quan-
Regum accor-
cium, legio-
Math. XXV.
principatus,
I. 21. 1. Pet-
memorat Juc-
rat exercitum
alladunt, si-
bus stare ha-
XXX. Q-
rum differe-
qua modesti-
quam cum
Improbamus
falso nomin-
rentis Ange-
antiquitati i-
sequacibus
XXXI. C-
benè ordin-
de

de officiis Angelorum fingunt, ex impuris gen-
tium aut Judæorum lacunis hausta potius sunt
quàm Sacris.

XXIX. Ministerium Angelorum, de quo ha-
tenus, præsupponit ORDINEM. Eorum
quippe functiones excellentissimæ benè or-
dinatæ erunt. Dein omnia Dei opera ab *intra-*
xiâ commendata sunt. Et quæ de Angelis Scri-
ptura refert, ea ordinem eorum clarè inferunt.
Tum, quando eos Ministris potentissimorum
Regum accomparat Dan. VII, 10. *castra, exer-*
citum, legiones Gen. XXXII, 2. Luc. II, 13.
Matth. XXVI, 53. aut *thronos, dominationes,*
principatus, potestates, Coloss. I, 16. cf. Eph.
I, 21. 1. Petr. III, 22. vel quum *Archangelum*
memorat Jud. v. 9. 1. Thess. IV, 16. Nemo igno-
rat exercitum, regimina, capita, ad quæ citata
alludunt, sine ordine, superioribus, inferiori-
bus stare haud posse.

XXX. *Qualis verò ordo, & quot Angelo-*
rum differentie sint, Scriptura silet, cum
qua modesti animi sine crimine filere malunt
quàm cum crimine nobis abscondita scrutari.
Improbamus itaque Platoniorum, Judæorum,
falsò nominati Dionysii Areopagitæ de diffe-
rentiis Angelorum figmenta scripturæ, primæ
antiquitati incognita, secum pugnantiâ atque à
sequacibus quibusdam immutata.

XXXI. Quam magnificum hoc Angelorum
benè ordinatum Ministerium sit, ex eorum

NUMERO, qui nobis innumerus, soli Deo notus, colligere licet. Scriptura *legiones*, Matth. XXVI, 53. *Myriades*, Jud. v, 14. Hebr. XII, 22. *duos myriades*, *millenos iteratos* Ps. LXVIII, 18. *Myriades myriadum*, & *chiliades chiliadum*, Apoc. V, 11. cf. Dan. VII, 10. expressio certo numero pro omnium maximo juxta phrasim sibi consuetam v. Gen. XXIV, 60. appellat.

XXXII. LOCUS (in loco autem sunt modo natura spirituali conveniente) eorum ordinarius est cælum, unde *Angeli cælorum*, sed à Deo etiam mittuntur in terram.

XXXIII. In terra communiter juxta naturam suam invisibili modo existunt & jussa exequantur, Ps. XXXIV, 8. XCI, 11. 12. adeoque non videntur. Aliquando sed rarius sub forma visibili **APPARENT**, & ab iis videntur, quorum oculos aperit Deus, 2. Reg. VI, 17. Sic apparuerunt ante Legem, sub Lege, & etiam sub Evangelio. Nec legimus gratiam hanc in posterum nemini exhibendam esse, aut ejus gravem rationem novimus.

XXXIV. *Forma, sub qua apparuerunt, haud una in Sacris notatur: Plerumq; humana*, eaq; virilis, (in forma mulierum quoq; visos ait Maimonides ob Zach, V, 9. *Doct. perplex* l. I. c. 49.) nam ad homines missi, cum iis hoc modo amicè loqui poterant Gen. XVIII. nec eos terribant. Non tamen semper; Igniti, animalium instar quoq; visi Jes. VI, 2. Ezech. I, 5. sunt.

Et si

Et si propin-
runt, que mi-
docendum
ascendentes
Gen. XXVII
exercitus sp
a. & sic quos
XXXV. C
attinet, cert
perinuisse,
te ad legatio
eque rexer
mus. Unde
ramus. No
omnia possi
Nec necesse
porei visi su
sunt etiam i
tutis.
XXXVI
Angelorum
beamus. C
non debetur
Matth. IV,
Angelorum
damnatur:
conversos r
ture tamen
rerum divi
quoque ho

Et si propius inspicimus formam, eam sumserunt, quæ missioni maximè respondebat. Ad docendum perpetuam Numinis curam visi sunt ascendentes in cælum, descendentes in terram, Gen. XXVIII, 12. ad confortandum timidum, exercitus speciem præ se tulerunt, Gen. XXXII, 2. & sic quoad reliqua.

XXXV. Quod *corpus*, quod præ se tulerunt, attinet, *certum est ad naturam Angelicam non pertinuisse*, Assumserant tantum, Deo volente, ad legatione commissâ rectius fungendum. eaque rexerant, prout nos corpus regere solemus. Unde verò desumpta corpora illa, ignoramus. Novimus tamen Deo omnipotenti omnia possibile, nec ei modum ponendum esse. Nec necesse est dicere, omnes Angelos, qui corporei visi sunt, corpora habuisse, quippe visi sunt etiam à dormientibus aut in *ἐκστάσει* constitutis.

XXXVI. Cognita nunc natura & ministerio Angelorum facile novimus, quid Angelis debeamus. *Creaturæ sunt E. cultus religiosus iis non debetur*, nam hic solius Dei, Deut. VI, 13. Matth. IV, 10. & ideo *θρησκεία τῶν ἀγγέλων cultus Angelorum religiosus*, à quocunque præstetur, damnatur: Imò isti Angeli eum damnant seque conservos nostros fatentur, Apoc. XIX, 10. *Creaturæ* tamen *excellentes sunt*, quæ intellectu rerum divinarum, sancto Dei amore, robore quoque homines superant, & ideo *reverentiam*

is debemus. Deim variè nobis inserviunt, prout sunt, nos amant, ergo eos *redamare tenemur.* Præterea voluntatem Dei constanter, fervidè adimplent, & in exemplum nobis propositi sunt, ergo à nobis sollicitè *imitandi.* Tantum de Angelis ponis.

XXXVII. ANGELI MALI sunt, qui à primigenia rectitudine gravissimè culpâ defecerunt, & ideo cælo exturbati ad perpetuam pœnam damnati sunt, quam jam subeunt, interea judiciorum divinatorum executores existunt, & salutem hominum adversantur, post finem verò mundi absque seductionibus æternos cruciatus luent. Nomina eorum habita ratione N. ad naturam sunt spiritus mali, 1. Sam. XVI, 23. Ephes. VI, 12. Mendaces, 1. Reg. XXII, 22. Joh. VIII, 44. Impuri Matth. X, 1. 2. Notitiam *δαίμονες*, qui aliis Scriptoribus *κακοδαίμονες* dicuntur Matth. VIII, 31. 3. Potestatem, fortes Matth. XII, 29. Principatus, potestates, imperatores mundi tenebricosi seculi hujus Eph. VI, 12. Deus hujus seculi, 2. Cor. IV, 4. 7. Studium nocendi, *שרים* vastatores, Deut. XXXII, 17. *שטן* adversarius, Job. I, 6. *διαβολος* Matth. XXV, 41. Tentator Matth. IV, 3. 7. Idololatriam, cujus summus Patronus *βαλζαβουλ* quasi *בעלזבוב* dominus stercoris, per quod idololatriam intellexisse videntur, Matth. XII, 27. 7. Formas, sub qua apparuerunt *שעירים* hirci Lev. XVII, 7. *נחש* serpens Gen. III, 1. Hinc Apoc.

Apoc. XII, 9.
Quidam non
malorum D
XXXVII
creatos esse
facti sunt, q
bolus homic
ter) & in ve
tit, Jud. v. 6
suum p
riam propr
sere peccat
XXXIX.
fit, Scriptu
num utiqu
sicuti homo
Quum verò
quoque gra
XL. Imp
peccatum p
natura Ang
VI, 2. quid
XII. Sup
& satis pro
habetur, q
viciosos act
visi videntu
ornavit, nin
obsequi vo
invidum a

Apoc. XII, 9. *Draco magnus, serpens antiquus.*
Quædam nomina videntur propria Angelorum
malorum Duci.

XXXVIII. *Omnes Angelos primitus bonos
creatos esse jam supra observatum. Mali ergo
facti sunt, quod constat ex Joh. VIII, 44. Dia-*
bolus homicida ab initio, (non tamen simplici-
ter) & in veritate (ergo in ea creatus) non ste-
tit, Jud. v. 6. Angeli non tenuerunt τὴν αὐτῶν
ἀρχὴν suum principium & reliquerunt τὸ ἴδιον οἰκὸν-
τήριον proprium domicilium. Unde causa mi-
seriæ peccatum dicitur, 2. Petr. II, 4.

XXXIX. *Quodnam verò peccatum illud
sit, Scriptura disertè non exprimit. Gravissi-*
imum utique fuit, nam non seducti peccarunt,
sicuti homo. Pœna dein correspondet sceleri:
Quum verò illa gravissima & sine venia, hoc
quoque gravissimum sit oportet.

XL. *Impuritatem carnalem primum eorum
peccatum plurimi Patres dixere. At hoc cum
natura Angelica haud convenit, nec locus Gen.*
VI, 2. quidquam pro hac opinione facit.

XLI. *Superbia, quâ invidia sequi solet, vulgo
& satis probabiliter primum eorum peccatum
habetur, quamvis non negandum alios quoq;*
vitiosos actus peccato inesse potuisse. (1.) Ab-
usi videntur excellenti natura, quâ eos Creator,
ornavit, nimium sibi placebant nec ideò legibus
obsequi volebant: (2.) Eundem superbum &
invidum animum spirant verba seductoria,
Gen.

Gen. III, 1-5. (quæ seductio vel ipsa prima consummata transgressio diaboli Joh. VIII, 44. vel mox postea facta est.) (3.) Postea, quando regnum inter gentes erexerunt, præcipuè honorem divinum affectarunt, (4.) Imò superbissimus spiritus ab ipso Deo cultum divinum expetiit, Matth. IV, 9. (5.) 1. Tim. III, 6. τετυφωμένος *inflatus*, dicitur incidere eis *κρίμα διαβόλου*, ergò diabolus ob factum condemnatus videtur.

XLII. *Sceleri respondet pœna gravissima*, quæ consistit (a) in ejectione ex cœlo Jud. v. 6. (b) privatione excellentium nativarum qualitatum, in quantum illæ Angelos sanctos, felices reddunt, Joh. VIII, 44. (c) condemnatione ad carcerem dirissimum, 2. Petr. II, 4. (d) Magno verò judicii die plagæ, quas jam subeunt, augebuntur, Jud. v. 6. Petri & Judæ phrasæ alludunt ad carceres & supplicia sceleratorum hominum.

XLIII. *Pœna ex hac maximè ratione gravissima, quia æterna*, Matth. XXV, 41. Jud. v. 6. & *sine venia*, 2. Petr. II, 4. Neque enim Mediatorem habent Hebr. II, 16. aut ipsi satisfaciunt, vel à peccatis abstinere, sed voluntas semel à Deo averfa in malo obriguit, & Deo tantum adversatur.

XLIV. *Detrimentum quidem cœpit eorum intellectus, voluntas, potentia, attamen non prorsus sublata sunt*, utpote post peccatum spiri-

Spiritus man
quendum ju
homines,
ponunt. Int
circa verita
causatur, Ja

XLV. Att
nulla, quæ n
perimentis e
res, quibus
gnitate conf
muntur, Ma
menti, etati
sunt. Unde
funditates,
sibi relicto
biles, perv
divinam ex
II, 24.

XLVI. A
Deo semel
suum hono
trahere labo
in malo con
XLVII.
toti trad
XLII, 19. & q
nem rugien
2. Cor. IV.
patus, pote

Spiritus manent atque Deus iis utitur ad exequendum judicia, permittit quoque ut tentent homines, quæ memoratas facultates præsupponunt. *Intellectus tenebricosus est, & dum circa veritates occupatus terrorem tantum causatur*, Jac. II, 19. Marc. I, 24.

XLV. Attamen Angeli mali naturalia & nonnulla, quæ naturâ non patent, longis variisq; experimentis cognoscunt, hominis maximè mores, quibus rebus delectantur, tum ii, qui in dignitate constituti aut qui paupertate, fame premuntur, Matth. IV. vel ut ex natura temperamenti, ætatis, sexus ad hoc illudve proclives sunt. Unde ipsis *μετοδεία* Eph. VI, 11. *βέδν* profunditates, Apoc. II, 24. attribuuntur; homini sibi relicto impervestigabiles, & hinc ineluctabiles, pervestigabiles autem illi, qui sapientiam divinam ex sacris novit, Matth. IV, 4. 7. 10. Apoc. II, 24.

XLVI. *Voluntas, quæ relicta demonibus, à Deo semel aversa, nonnisi in contrarium it, suum honorem quærit, homines in suas partes trahere laborat, atque ita longissimo tempore in malo confirmata est.*

XLVII. *Potentiam demonum Scriptura toties tradit, quando diabolum fortem Matth. XII, 29. & quidem armatum, Luc. XI, 21. Leonem rugientem 1. Petr. V, 8. Deum hujus seculi 2. Cor. IV, 4. vocat. quando demones principatus, potestates, imperatores mundi tenentur.*

cosi seculi huius, hominibus longè potentiores Eph. VI, 12. appellat. Potentiam arguunt dein potentes operationes in aëre Eph. II, 2. Job. I, 19. in hominibus nequam, Eph. II, 2. eorum intellectu 2. Cor. IV, 4. voluntate Act. V, 3. corpore, quod obsident, variè vexant Marc. IX, 17. 18.

XLVIII. *Uti potentia quæ in demonibus residua, a Deo*, ita ab eodem limitibus circumscripta est. Nihil valent in aëre Job. I, 19. brutis Marc. V, 12. 13. hominis corpore, Job. II, 6. 7. multò minus intellectu, voluntate, nisi permitte Deo,

XLIX. *Nec unquam permisisset Deus potestatem in hominem, nisi is prius Diabolo potius quam Deo fidem habuisset*, Gen. III. Hinc quosdam ex iis victori reliquit, qui ad regnum Diaboli pertinent & semen ejus dicuntur. Nec tamen hi inviti pro solo arbitrio satanæ ad peccandum coguntur, sed peccata, quæ ipsis offeruntur, lubenter patrant, unde inexcusabiles existunt.

L. *Imò & pii ob peccatum inhabitans vim Diaboli subinde sentiunt*, quando variè ab eo tentantur 1. Thess. III, 5. 2. Cor. II, 10. 11. & ad tempus vincuntur, 2. Sam. XXIV, 1. exercentur, Job. I. & II. 2. Cor. XII, 7. Luc. XXII, 31. sed optimo, gratiâ divinâ, successu. Ita humiliantur, 2. Cor. XII, 7. prudentiores redduntur, in posterum vigilant, sobrii sunt, Satanam & ejus seductiones fugiunt, iis resistunt, Deo fortius adhaerent, implorant auxilium, imò universam

arma-

armaturam I
ant, Eph. VI
LI. Ad
tur MAGI
um, qui ex
spiritibus est.

LII. Tal
cent. Prin
mones extra
operari poss
loquendi cur
premio ad ca

mine integro
IV. exempla
est & protola
non hoc ipse
etiam, saltem
Insuper da

nec Angelis
Prætere e

minum in sa
ptiam, Moa

imò corrupti
Denique leg

na, adver
Deut. XVIII

cessarium,
plures, quo

LIII.
trata sit, aa

armaturam Dei induunt, eumque in Deo vincunt, Eph. VI, Jac. IV, 7. 1. Petr. V, 8.

LI. Ad potentiam Dæmonum etiam refertur MAGIA, sive *ars infidelium & profanorum, qui ex commercio, quod ipsis cum malis spiritibus est, mira loquuntur & faciunt.*

LII. Talem Magiam existere sequentia docent. Primo ex supra dictis certum est, Dæmones extra se, maximè in hominibus malis, operari posse. Dein querere occasionem colloquendi cum hominibus, eos à Deo sub insigni premio ad castra sua perducendi, sicuti in homine integro Gen. III. & ipso Jesu Christo Matt. IV. exempla prostant. Quod si hos aggressus est & protoplastos in rete suam pertraxit, annon hoc ipsum in peccatoribus tentabit, atque etiam, saltem ratione quorundam, cum successu? Insuper dantur actiones quæ nec hominibus nec Angelis bonis nec ipsi Deo attribuuntur. Præterea exempla ejusmodi profanorum hominum in sacris inter idololatricas Gentes, Egyptiam, Moabiticam, Philistæam, Babylonicam, imò corruptis temporibus Judæam obvia sunt. Denique leges gravissimæ, etiam sub capitis pœna, adversus ejusmodi homines latæ sunt, Deut. XVIII, 10-12. Exod. XXII, 18. quod haud necessarium, si nulli existerent; quales verò tantò plures, quo regnum Diaboli potentius est.

LIII. Quænam verò actio ope Diaboli patratâ sit, ad discernendum prudentia opus est.

Im-

Imprudentes, indocti, non dicam mali, magicum subinde habent, quod tale non est. Actio omnis, quæ juxta leges naturæ ordinarias, aut extraordinarias, quando Deus operationem suam immediatam promisit, facta, magica non est, sed ea, quæ ad neutram classem referri valet.

LIV. *Malorum quoque Angelorum numerus magnus est atque inter illos ordo obtinet. Legio, quia multi*, Marc. V, 9. *Regnum quoque recensetur, quod mali spiritus habent*, Matth. XII, 26. *Regnum autem ex pluribus constat. Et quum plures sine ordine diu consistere nequeant, ordinem quoque tenere malos spiritus ex Sacris colligimus. Memorat enim* *ἡγεμὼν principem demonum*, Matth. XII, 24. *qui etiam princeps mundi*, Joh. XII, 31. XIV, 30. *Princeps potestatis aeris, spiritus operans in filiis inobedientiæ*, Eph. II, 2. *Deus mundi*, 2. Cor. IV, 4. *Diabolus*, Matth. XXV, 41. *Draco magnus, Serpens antiquus, qui vocatur Diabolus & Satan*, Apoc. XII, 9. *Tum referuntur principatus, potestates, imperatores mundi tenebricosi*, Eph. VI, 12. *Tandem simpliciter Angeli diaboli*, Matth. XXV, 41. *Dæmones, spiritus impuri &c. narrantur. Qui dux impij regni est, is videtur, qui sub serpente delituit, & Protoplastos seduxit, & qui quoque suo exemplo reliquis Angelis ad similem rebellionem Auctor suaeorque exstitit, hinc illi se subiciebant, quo fortius rem adversus Deum agere possent.*

LV. De

LV. De
ceri neque
do ad fortu
IV, 1. Sam. 2
Gen. III, 1.
rere possunt
fæstra, quæ
de vana terri
LVI. Ha
tu hominib
goniam Dei
vel ad iusta
tum etiam,
Deum corde
fundâ humili
mali verò, fu
pene, & man
pœnis affligi
solatum, si c
bus periculi
hostis mors
rum ad coele
PRO
O Mib
Deu